



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

Quid potissimum requiratur in oratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

Nam, vt ait S. Augustinus, *Oratio est eleuatio mentis in Deum*, sed cum multo ore quidem recitant diuersas & pulchras orationes, cor autem eorum non fit eleuatum, quin potius longè ablit à Deo ipsi verè non orant. Hoc interim accidit illis, qui mentem non habent puram, ex sincero quodam, & candido in Deum amore. Quare etiam de die in diè minùs in pietate & orationib<sup>9</sup> proficiunt. Sed breuitatis causa hinc quaedam saltem subiungentur, quæ ad hoc propositum maximè videbuntur necessaria.

*Quid potissimum requiratur in  
Oratione.*

1. Oratio requirit animum benè compositum, tranquillum, & eleuatum in Deum, qui igitur huic studio cupit se totum tradere, & breui temporis spatium acquirere amicitiam Dei, & pacem cordis, debet, quantum fieri potest, remouere à se omnia, quæ mentem reddunt inquietam, & in primis per frequentem confessionem, peccata, cum firmo proposito, non relabendi in eadem, & cauendi sibi etiam ab ipsis venialibus, expurgare.

2. Cauere

VIDUITATIS.

49

2. Cauebit sibi quoque à multiloquio, quia hoc multum impedit orationem, & eò magis quò minus obseruatur, vel animaduertitur, sciendum quòd pater orationis sit silentium, & mater solitudo; Quia in conuersationibus non est possibile orare, sed si anima anhelans ad Deum, sit solitaria, & in silentio, necesse est, vt orando se colligat & eleuet se in Deum.

3. Quando vidua accedit ad orationem, debet superius colligere, & cohibere ac restringere sensus suos, expellere quoque omnem Phantasiam, imaginare sibi Deum præsentem, non querendo eum alibi quàm in proximo corde; Deus enim vbique est & in corde nostro, præsertim tamen in cordibus eorum est, qui ipsum amant. Dicente S. Iohanne Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.

4. Mens eleuata & Deo coniuncta, *1. Io. 4.* debet eidem gratias agere pro beneficijs sibi præstitis, recensendo ea breuiter mente tantum, verbi gratia, beneficium creationis, redemptionis baptismi & alia quoq; particularia beneficia, quæ sūt innumerabilia, & præsertim hoc, de bonis etiam inspirationibus

C

bus

**V I D V I T A T I S .**

bus, & alijs donis, sibi à Deo specialiter collatis, intelligendum est, quia omnia bona nostra, ab ipso sunt gratia, & potius ille in nobis ea facit, quam nos ipsi.

5. Post hanc gratiarum actionem, poterit sibi ignosci omnia peccata sua quantum tantum in genere poterit animo percurrere, & obiter saltem perpendere supplicando suam Divinam Majestatem, ut ea, per infinitam suam bonitatem & per passionem Salvatoris nostri Iesu Christi, delere dignetur.

6. Orabit ut sibi donare dignetur perfectum suum amorem, & hæc veritas melius est corde, quam lingua sepe repetere, & si repetendo poterit meditari etiã aliquid de passione benignissimi Domini nostri Iesu, simul & ferocitatem seu turpitudinem peccatorum suorum considerare. Et hoc modo quantum ex sua parte potest conabitur, ut divini amoris igne accendere, & quodammodo inflammare. Et hoc tantum sicut nobis est necessarium; ira etiam est sufficiens; quia qui perfecte hoc est consequutus, habet totam perfectam vitam spirituales, neque aliud ulterius necesse est petere.

7. Semper Deum rogabit, ut sibi con-

VIRVITATIS.

vi

cedat perseverantiam in diuino amore;  
 & si forsitan pro aliqua necessitate in  
 particulari velit aliquid petere, quod  
 alioquin sit honestum & licitum, non  
 male: immo bene id fieri potest, dum-  
 modo prius præstet quæ iam sæpius  
 scripta sunt. Ordinata autem oratio,  
 ultra multas alias bonas & perfectas  
 virtutes, quas habet ad accendendum  
 cor hominis diuino feruore, est etiam  
 necessariū vt sæpius repetatur. Et quia  
 multa sunt contraria huic feruori; qui  
 sæpè non nihil tepescit, si omninò non  
 refrigescit. Propterea oportet sæpius  
 recurrere ad hunc ignem. Vnde satis &  
 melius est, frequenter breues & iacu-  
 torias facere orationes cum feruore,  
 quàm prolixas & raras, quia plus va-  
 let vnum pater noster, recitatum, cum  
 deuotione & attentione, quàm plura  
 sæpius repetita, sine attentione quia v-  
 num attentè dictum causat feruorem  
 & spiritum, sed mille etiam sine deuoti-  
 one dicta, pariunt fastidium & tædi-  
 um. Potest igitur quilibet mone-  
 ri, vt in oratione fundenda sit  
 frequens & breuis, suffurando ad  
 hoc subinde aliquantulum temporis,  
 verbi gratia, multi aliquando simul  
 laborant, vel inuicem loquuntur.

c 2

hi sæ-

hi sæpius in corde suo, conijcientes o-  
 culos mentales in Deum breuiter pos-  
 sunt dicere, Domine Iesu adiuua me, sis  
 mihi propitius, & misericors, & similia  
 alia iaculatoria verba, secundum illu-  
 minationem Spiritus sancti. Hoc simili-  
 ter fieri quoque potest, in mensa, in via  
 & in quouis alio loco, & si cum aliqua  
 dexteritate fieri potest, aliquoties se ab-  
 strahat ab illa societate, & conuer-  
 satione, in qua est & se subducatur in ali-  
 quod cubiculum, vel alium locum se-  
 cretum, fingendo se aliquid aliud  
 sibi facturum, & sic in illo loco bre-  
 uiter oret, quod si fecerit & sæpius  
 obseruauerit, plus efficiet, quam  
 multi dicant plures psalmos, vel ora-  
 ones, nulla vel exigua cum attentione.  
 Esto, quod bonum sit, multas recite-  
 re orationes & psalmos, nihilominus  
 tamè melius est, animu occupare con-  
 templatione & oratione mentali, qua  
 cor diuino amore accendit. Si fortassis  
 aliqua vidua dicerent, quando vacamus  
 orationi, & contemplationi, non  
 possumus dicere coronam, & alias no-  
 stras orationes ordinarias. Ad hoc re-  
 ponderetur, si non sint ex voto vel ex  
 alio præcepto obligatae ad istas suas  
 orationes, omittant saltem si non possunt  
 sua

## VIDUITATIS.

¶

sunt dicere; quia multò præstantior est oratio ex vi contemplationis facta, quàm sint reliquæ earum orationes, quia hæc propter illas fiunt; longè præterque feliciores earum essent, si non scirent orare, si non mentaliter tantùm quia hic orandi modus est perfectus, cum sit angelicus, Quamuis autem hæc orandi forma præscripta, sit approbata, non tamen semper iuranda est; sed hoc factum existimant ad exhortandum imperfectas ad orationem veram, & contemplatiuam. Hinc dicit S. Paulus Apostolus ad Rom. *Similiter autem Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus, sicut oportet nescimus: sed ipse Spiritus per gemitus inenarrabiles*. Quapropter si vel viduæ, vel quæuis aliæ personæ velint serio animum applicare ad orationem mentalem, absque dubio Spiritus sanctus sæpè suauissimis modis illas docebit, rectam viam diuini amoris & frequenter sentient illius particularem quandam consolationem, & huiusmodi hominum vita, erit quodammodo tota angelica in terra.

Rom. 8.

*An sit bonum persuadere viduis, vel martiris ut Deo faciant votum seruandi vidualem castitatem?*

c 3

S. 211

S. Augustinus in libro vbi tractat de bono Viduitatis, exhortatur viduas ad faciendum Deo votum castitatis Vidualis, & adducens duas rationes dicit.

Prima; Si multæ maritæ statim post coniunctionem matrimonialem suis maritis peregrinè proficiscentibus, & ipsæ quasi ex improviso viduæ factæ exspectando multo tempore reditum maritorum; interea quodammodo cōseruerunt, & redeuntibus maritis, ipsæ (quāuis iam prouectæ ætatis) dignæ fuerunt illos recipere, & deuō acceptare, non senes qua ratione, si sponsi tanto tempore tardent redire, vel mariti peregrinentur, potuit refræctari carnalis concupiscentia, vt interea non comitteret adulterium, vel aliud aliquod peccatum carnis; quare etiam dico non posse prohiberi, vt hæc, vel illa mulier, quæ se ipsam voto castitatis iam antè obstrinxit, non committat sacrilegium, hoc est non infringat votum Deo factum.

Secunda ratio quæ primam confirmat, est quòd istæ mulieres maiorem concupiscentia motum sentiant, quæ sunt absque spe habendi talem voluntatem; illæ autem, quæ iam Deo voto



VIDVITATIS. 55

unt castitatem, subtrahunt sese, & vim quodammodo inferunt isti spei, quæ non est nisi fomes amoris: facilius igitur refrænatur concupiscentia, quæ à nulla spe, vel expectatione incitatur vel inflammatur.

Possunt & aliæ adduci rationes ad hoc probandum.

Prima ratio; facere votum castitatis, est opus meritorium, cum sit præstans & excellens quidam actus scilicet religionis: nam hoc modo homo tribuit Deo cultum & honorem debitum, deinde quò actus aliquis singularis à sublimioribus virtutibus procedit, suamque trahit originem, eò etiam excellentior est & magis meritorius. Sed cum illa castitas, quæ ex vi & virtute voti servatur, non solum procedat à temperantia, aut à castitate, in se tamen considerata, sed potius ab ipsa religione, quæ virtus & multò sublimior, & inter morales virtutes præclarior, atque cæteris excellentior est, & propter servare castitatem ex voto, multum Deo placet & maioris est meriti quàm castitatem servare sine voto.

Præterea (vt dicit S. Anselmus) is, qui aliquid facit ex voto, offert Deo cū arbore, & fructus illius simul; hoc est, voluntatem cōm bonis operibus, sed qui tantum bene operatur sine voto, offert Deo fructum solum.

Adhuc qui ex suo aliquid Deo dedicat, magis se diuinæ Maiestati submittit, quàm ille, qui non facit verum. Quare sibi met subtrahere vel adimere libertatem propriam, ea in re, de qua facit, id quæ a Mōre Dei, res est multum excellens & valde meritoria. Hinc Origenes non tantum hortatur viduas, sed etiam maritatas, promittere seu vouere Deo Castitatem vidualem, ita vt maritatus dicant; si fortassis meum maritum contingeret mori (: quod tamen nec desidero nec opto :) non faciam aliud, quàm vt perseuerem vidua incontaminata, intacta, & absque macula carnali, & hoc Deo promitto. Hoc consilium ille dat maritatis, vt sui boni propositi consequantur meritum, ex Dei promissione, etiam si contingeret illas mori ante suos maritos. Verum quantumuis hæc omnia vera sint, potest tamen opponi in contrarium.

1. Talis est natura & humana inclinatio, vt siâte prohibitione, homo magis accen-

accendatur, & appetat quod sibi est negatum vel prohibitum; quod potissimum in femineo sexu verificatur. Unde communiter dici solet.

*Nititur in vetitum semper cupimus de negata.*

Hinc foeminae post Deo promissam castitatem, acrioribus concupiscentiae stimulis inflammatur, & grauiores patiuntur tentationes: quare periculosum videtur vouere castitatem.

2. Infringere votum, grauissimum est peccatum; & ut dicit S. Thom. grauius, periurio; cum igitur foeminae natura sint mollioris animi, & inconstantes: videtur periculosum satis, promittere castitatem, quam diu sunt in mundo.

3. Si hoc tandem etiam Apostolus dicit, *Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse* &c. Non igitur est illis persuadendum ut perseuerent in castitate, multo minus ut eam Deo promittant.

Ad has autem obiectiones respondendum est sic, & quantum ad primam attinet, dicemus, quod quamuis communiter verum sit, quod foeminae res sibi vetitas & illicitas maxime appetant ac desiderant, stante earum propria peruersitate, seu naturali quadam inclinatione:

natione; Nihilominus, tamen, quando à diuina gratia corroborantur, tantò diligentius sibi à vetito præcauent, quantò magis & illicitum est, & prohibitum. Debent igitur semper implorare diuinum auxilium, ac continuam assistentiam & gratiam S. Spiritus, & hoc potissimum post votum iam emissum. Nam quando S. Augustinus dixit, quòd concupiscentia facilius refranatur, quæ non est inflammata ab vlla spe mal<sup>is</sup>, statim subiungit, etiam si (nisi per orationem superetur) illicita illa magis ardentè appetantur.

Quoad secundam, dicendum: quòd si Spiritus S. non esset ita pius & clemens, atque adeò inclinatus ad succurrendum humanæ fragilitati & inconstantia, foret res valde periculosa promittere castitatem: Quare etiam nullo modo hoc faciendum est, nisi præuia matura deliberatione, cù quadam fiducia, & inuocatione Sancti Spiritus, nihil sibi præsumendo de proprijs viribus, vel meritis suis. Dicit enim sapiens: *Et ut sciui, quoniam aliter non possem esse continens nisi Deus det.*

*Sapient. 8.*

Ad tertiam respondendum est, quòd (quemadmodum Doctores dicunt) Apostolus loquitur isto in loco de viduis vagis

magis, insolentibus & lasciuis, de quibus etiam eodem in loco dicit; *Cum enim luxuriata fuerint in Christo, nubere volunt, &c.* & certe magis expedit huiusmodi viduis iterum nubere: nam matrimonium non tantum est officium naturæ, sed etiam remedium culpæ.

Postremo quamuis votum castitatis facere, propriè non conueniat nisi viduis matrimonio, vel ad minus carnali copulæ adhuc apris. Nilominus tamen si viduæ proejectioris ætatis habeant istam intentionem, quod, si essent adhuc iuenculæ, promitterent Deo seruare vidualem castitatem: existimarem, non illas in totum fore defraudandas merito suæ promissionis; sed consecuturas ad minus præmium sui boni effectus. Quare hoc illis consulendum vt prudenti deliberatione, & maturo consilio tale propositum faciant, atque ex intimo cordis affectu doceant, quod dum essent adhuc adolescentiores non promiserint Deo vidualem illam castitatem.